



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Sebastiani Henrici Penzingeri, Consistorialis  
Passaviensis, Decani, & Parochi in Trauttmanstorff ad  
Laitam Bonus Ordo Triplicis Formatae Concionis Moralis In  
Omnia Festa Sanctorum In Amplissima ...**

**Penzinger, Sebastian Heinrich**

**Solisbaci, 1698**

Concio Prima. Textus: Ego sum Janua, per me si quis intraverit, pascua  
inverniet. JOan. 10. Thema: S. Spiritus janua est divinarum gratiarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51763](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51763)

FERIA TERTIA PENTE  
COSTES.

CONCIO PRIMA.

*Textus.* Ego sum janua, per me si quis intraverit, pasca  
inveniet. Joann. cap. 10.

*Thema.* S. Spiritus janua est ad gratias divinas, ad  
pascua consolationum.

*Exordium.* **D**Um Maria Anna, Regina Hispaniarum, oriunda  
Domo Austriaca, magnifico apparatu Mediolanum  
gressa fuisset, à civibus Mediolanensibus honorifi-  
cissime excepta est; inter cætera emblemata excu-  
bat eam hortus, qui undique odoriferis floribus, suavissimis  
etibus repletus, epigraphen tulit: *Aspirante Austro*: Mens em-  
blematis erat, Reginam illam, ex Domo Austriaca oriunda  
plurimum solatii ac felicitatis Mediolanensibus afferre. Res-  
pice emblemate hoc S. Spiritus decoratur, *Aspirante Austro*  
pè quos S. Spiritus, suavissimus hic Auster adspirat, ac perha-  
numeros gratiarum divinarum ac virtutum flores unà simul  
minare, copiosissimos donorum cœlestium, ac prosperitatum  
ctus adferre, suavissima consolationum pasca per gustare facit.  
Huc faciunt verba suspirantis animæ Cantic. 4. *Veni Auster,  
perfla hortum meum, & fluant aromata.* Adsis cum *Austro*  
id est, S. Spiritu, & illius aspiratione per omnigena dona & gra-  
tias: interpretatur Tiranus in citatum caput. Confirmo S. Spi-  
ritus testimonium reddit Spiritui nostro, quod sumus filii Dei, præ-  
dicat S. Paulus ad Rom. c. 8. & 2. ad Corinth. cap. 2. Ubi Spi-  
ritus

*Textus Sacre  
Script.*

ptura textibus: *Emittes Spiritum tuum, & creabuntur, & re-  
novabis faciem terræ,* canit Regius Psaltes, Pl. 103. *Ipsè Spi-  
ritus testimonium reddit Spiritui nostro, quod sumus filii Dei,* præ-  
dicat S. Paulus ad Rom. c. 8. & 2. ad Corinth. cap. 2. Ubi Spi-  
ritus

ritus Domini, ibi libertas, Christus quoque promittit Joan. 14. Spiritus Sanctus docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia. S. Patres confirmant: Nescit tarda molimina Spiritus Sancti SS. Patres. gratia, scribit S. Ambrosius in cap. 1. Lucae. Adveniente S. Spiritu, cor, quod prius torpuerat, ad operationem se excitat, mox sancta operationis opiniones, per proximos quosque suaviter discurrunt, ut quique audientes ad eadem se accendant, & Austro flante, id est, Spiritu Sancto se insundente, virtutum odores emittant, ut ubique S. hortus floreat, & post florem fructus redolentes & rescientes producat, scribit S. Greg. Papa in cap. 4. Canticorum. Spiritus Paracletus dat pignus salutis, robur vita, ut quod per naturam tibi impossibile est, per gratiam ejus, non solum possibile, sed etiam facile fiat, lumen scientia, ut cum omnia bene feceris, te servum inutilem putes, & quidquid boni in te inveneris, illi tribuas, à quo omne bonum est, scribit S. Bernardus in Fer. 2. Pentecostes. Perpulchrè S. Augustinus Serm. 2. in Fer. 2. Pentecostes. Quod est anima corpori hominis, hoc est Spiritus Sanctus corpori Christi, quod est Ecclesia, hoc agit Spiritus Sanctus in tota Ecclesia, quod agit anima in omnibus membris unius corporis. Et iterum hom. 9. in Pentec. Beneficia, quae Salvator noster inchoavit, peculiari virtute Spiritus Sanctus perfecit, quod ille redemit, iste sanctificavit, quod ille acquisivit, iste custodit. Consolatifsimè scribit S. Thomas à Villanova Conc. 2. in die Pentec. Adjuvat infirmitatem nostram, interpellat pro nobis, si in peccatis sumus, ipse arguit nos, si in servitute, ipse nos liberat; est Paracletus, Patronus, Doctor, Custos, Advocatus & Ductor. Imploratâ S. Spiritus gratiâ desuper Conceptus pandam.

## CONCEPTUS I.

S. Spiritus venit super Apostolos, ac orbem terrarum, ut ventus: Factus est impetus Spiritus vehementis, Act. 2. Cur venit

(C) 2 ut ven-

ut ventus? ut blanda & subtilis aura? advertit doctissimus Nil-  
 nus, cetera elementa, ut terra, aqua, ignis, posse ad unum  
 specie, ac individuo, hominis dominium, spectare & pertinere  
 ut dicere valeat, mea hæc est terra, mea hæc aqua, hic ventus  
 ignis, aut verè nemo dicere potest, mea hæc est aura, hic ventus  
 meus est; ventus, aër & aura omnibus communis est, ad  
 omnem æquè spectat hominem, eumque recreat. Venit ergo  
 Spiritus Sanctus super Apostolos, & in hunc mundum, ut ven-  
 tus, ut suavis aër, & aura, ut noscamus, sicut aër communis  
 omnibus hominibus, ita dona S. Spiritus sunt omnibus commu-  
 nia, S. Spiritus suis gratiis & consolationibus; omnem se dissi-  
 pantem, recreat, omnibus se infundit. Optimè Petrus Damia-  
 nus Serm. de S. Spiritu: *Sicut anima est vita corporis, ita vita an-  
 ima nostra S. Spiritus est.* S. Spiritus ventus est: cui quadrat le-  
 ma: *Fugat & sovet.* Fugat inquam nubes nocivas iræ Dei, &  
 sovet nos radiis gratiæ divinæ. S. Spiritus ventus est, qui debet  
 ad portum æternæ felicitatis. Perpulchrè hoc expressit S. Cir-  
 rillus Alexandrinus lib. 2. contra Julianum: *Vivificat omnia  
 Dei Spiritus, omnia etiam illo opus habent, non aliter potuerunt  
 firmè quæ sunt, in sua essentia persistere.* Conformiter S. Au-  
 gustinus lib. 5. de Civit. Dei cap. 9. *Spiritus vite, qui creavit  
 omnia, creatorque omnis creati Spiritus, ipse est Deus, non  
 utique non creatus, in ejus voluntate summa potestas, &  
 creatorum spirituum bonas voluntates adjuvat.* Figuram  
 eris Bibliis confirmemus.

## CONCEPTUS II.

Genes. cap. 1. legitur; Terram omnimodè vacuam, inani  
 ac sterilem fuisse: *Terra autem erat inanis & vacua.* Factum  
 est autem; *Et protulit terra herbam virentem, & facientem  
 semen, juxta genus suum, licet nunquam faciens fructum.* Cap. 2.  
 dem. Non amplius desolata est terra, tenebris obscura, sed lu-  
 cidis radiis solis illustrata, consolatissima est, non amplius vacua  
 & pauper, sed dives quadrupedibus in pratis, avibus in aëre,  
 piscibus in aquis.

pisceibus in fluminibus abundat, illo nimirum felicissimo instanti, quando Spiritus Domini aquis incubuit, *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Terra est homo inanis & vacua, pauper & desolata terra sine Spiritus Sancti gratia, aut S. Spiritus gratia & favore dignata, dives est hæc terra, homo inquam, abundans divinis consolationibus ac donis. Audiamus S. Thomam à Villa Nova Conc. 2. de Spiritu Sancto: *Sterilis & arida, hyssidoque deserto similis est omnis anima, quam tuus Domine non rorat Spiritus, nullos virtutum germinat affectus, nullos bonorum operum producit fructus, caelestium gaudiorum fecunditate non viret. Aut anima S. Spiritus gratia dignata, non solum in futuro perfectam, sed & in presenti maximam quietem tribuit, cum mentes caelestes igne charitatis accendit,* inquit Beda Venerab. in Pentec. Et concludit S. Thomas Serm. 2. in Pentec. *Adjuvat infirmitatem nostram, interpellat pro nobis, si in peccato sumus, nos arguit; si in servitute, ipse nos liberat, est Paracletus, Patronus, Doctor, Custos, Advocatus & Ductor.*

## CONCEPTUS III.

Infelix dives è rogo flammaram inclamat Abraham unicasti guttam aquæ subministret in refrigerium: *Mitte Lazarum, et intingat extremum digiti in aquam, & refrigeret linguam meam.* Lucæ 16. Exigua res est, una guttula aquæ, & hæc negatur prodigo; quid ergo per unam guttulam aquæ, pro qua Dives supplicat, intelligendum est? S. Augustinus de quæst. Evangelii. lib. 2. c. 38. per illam guttam aquæ intelligit minimam gratiam S. Spiritus, conformiter verbis S. Joannis cap. 7. *Flumina de ventre ejus bibent, hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Gutta aquæ minima gratiæ operatio S. Spiritus negatur Diviti, quia cum hæc guttâ gratiæ non amplius infelix, sed felicissimus, non amplius damnatus, sed beatissimus censendus fuisset. *Habet digitus hac caelesti aqua intinctus vim ad consolandum maximam, siquidem una & minima S. Spiritus gratia,*

(C) 3

gratia,

gratia, ad thesaurum divinae bonitatis & gratiarum factis janua apertas, & undique patentes. Concludit Baradius Tom. 4. lib. 4.

### CONCEPTUS IV.

Ad Dei misericordias obtinendas, & gratias impetrandas, statuit Altissimus occidi vitulum, qui nunc ex occisi vituli ferre ne, digito mediatore, aspersus fuerit, hic certus fuit de misericordia, de Dei gratia. *Sumetque Sacerdos de sanguine ejus de suo &c. rogabitque pro eo, & pro peccatis ejus, & dimittentur ei.* Hic vitulus occisus est Christus JESUS, digitus magni Sacerdotis & Altissimi, est Spiritus Sanctus: *Digitus paterna dextera;* nunc hic digitus tangit, suam gratiam beat ac felicitat, sanguine Christi pariter aspergit, sicque gratias divinis, ac donis coelestibus participem reddit, digitus dicitur: Spiritus Sanctus paterna dextera, cur digitus? ideo utique, uti manus digitis adaptatis largitur distribuit dona, ita Deus medio Sancto Spiritu, quasi digitus, gratiarum suarum ad nos mortales extendit, gratias donat ac distribuit. Ergo ostium & janua est S. Spiritus donorum ac gratiarum coelestium.

### CONCEPTUS V.

Tandem Judæis Arca Domini, quam infelici praelio perierunt, à Philistæis reddita est: *Et plaustrum venit in agrum Bethsamita, & stetit ibi.* 1. Regum cap. 6. Arca Domini sumum donum, compendium gratiarum erat, Arca Domini ergo iterum felicitati Judæi, pariter donis ac gratiis distributis sunt. Quis nunc dicet, quo tempore, quo mediatore, quo Domini Judæis reddita est? Tempus assignat sacer textus: *Bethsamita metebant triticum in valle,* messis tempus in istis talibus partibus est ad finem Maji, vel initium Junii, in quo tempore Festum Pentecostes, Festum S. Spiritus incidit, ac ab Ecclesia celebratur. Ergo tempore Pentecostes, diebus S. Spiritus reddita est Arca Domini Judæis, *sub Festum Pentecostes.* 7. mensis *Et sunt Menses,* inquit doctissimus Sancius, ut noscamus S. Spiritum, restitutionem Arcæ procurasse; S. Spiritus mediatore ostium est, ac janua, per quam largissimæ Dei gratiæ nobis utique proveniunt. Confirmat hoc S. Paulus ad Rom. cap. 8. Spiritus

adjuvat infirmitatem nostram; nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Ad quæ verba S. Anselmus: *Adjuvator Spiritus Sancti sic expressum est.* Verissimè S. Thomas à Villa Nova Conc. 2. in die Pentecostes: *Adjuvat infirmitatem nostram; interpellat pro nobis, si in peccato sumus, ipse nos arguit: si in servitute, ipse nos liberat, est Paracletus, Patronus, Doctor, Custos, Advocatus, Ductor.*

## CONCEPTUS VI.

Fatigatus Iesus federat super fontem, Joan. c. 4. Ad fontem solatium, refrigerium quærit; quis hic fons, quæ illa est aqua? Aquam, quam Christus affectavit, non fuisse materialem aquam, sed S. Spiritus gratiam, contextus indicat: *Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petiisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam &c.* Qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum; aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Sicut nunc aqua, quam Christus affectavit, non fuit materialis, sed spiritualis, ita quoque fons ille, ad quem quieverat Christus, scaturiginem refrigerii, & auxilii cœlestis, S. Spiritus gratias signabat. Fessus ergo Iesus ad fontem sedet; docens: ut fatigati, lassati variis tribulationibus, ad aquam vivam, ad fontem gratiarum, S. inquam Spiritum confugiamus, hinc fluit stabile solatium, certum adjuvatorum, firmissimum refrigerium. S. Paulus subscribit ad Galatas cap. 5. *Fructus autem Spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia.* Optimè S. Leo Papa Serm. 1. Pentec. *Ab hoc imbres charismatum, flumina benedictionum.*

Cum Sponsa ergò Cantic. c. 4. S. Spiritum invocemus: *Ve. Epilogus, ni Auster, perfla hortum, & fluent aromata; gratiarum inquam, ac donorum Altissimi.*  
Amen.



FERI/